

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Ebrietas g  
cum uariis

Innumerabiles iugum dominacionis diu recusantes uinolencia in alienum redegit arbitrium. Alexander, omnium uictor, uino uictus est. Infiniti numero uino impellente iniusta impiaque homicidia commiserunt. Quam plurime urbes diu obsesse nec capte custodibus sompno uinoque sepultis ab hostibus patefacte sunt et incendiis concremate.

Augustinus libro ad sacras uirgines.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Ebrietas g] Ebrietas h P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; numero] uero nimio P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; capte] rapte P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; libro *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>